Ibi etiã porta aurea fuit nobis demonstrata. per quã ypus in die palmarũ sedens in asino Jerusalem introiuit. Nec aliquis cristianorũ accedere eam propius pmittitur. sed quicũq; peregrinorũ illam pspiciens versus eã orauerit. omniũ peccatorũ suorũ plenariã cõsequit remissionẽ

De descensu in vallem Josaphat.

Hinc in vallem Josaphat descendimus ad torrentẽ Cedron. qui estiuo quidẽ tempore aquis caret. sed verno tpe et presertim circa tempus quadragesimale copiose illis habundat.

Pontem habet lapideũ in eo loco quẽ sancta helena cõstrui fecit. vbi lignũ illud iacuit ex quo crux ypi facta fuit. Dicitur q̃ lignũ illud fuerit viale siue yta p ripam illam qõq; regina Saba noluerit transire. neq; pedibus suis ipm contingere. eo q̃ cognouisset in spiritu redemptorem mũdi in eo passurum.

Inde non procul venimus ad quandã ecclesiã beate virginis titulo et sepulcro insignem. grandem et testudinatã. estq; descensus in ea p gradus quadragintaocto. et ibi sepulcrũ virginis gloriose ex albo marmore factũ paulo latius ypi sepulcro. potestq; ibi celebrari sicut et sup sepulcro ypi. Et habet duas ianuas p quas ingrediatur vel egrediatur Illic intemeratũ virginis gloriose corpus. eius post mortẽ ab apostolis honorifice traditũ sepulture. sed tercia post die vt pie creditur assumptum fuit in celum. anime virginis beata resurrectione vnitũ. Est ibi plenaria remissio.

De monte Oliueti et locis sacris in eius ascensu.

Hinc egressi ecclesiã pgentes ad sinistrã. venimus ad pedem montis oliueti. vnde paululum ascendentes accessimus locũ illum sub rupe quadam cõcaua. vbi ypus orans positusq; in agonia factus est sudor eius tanq̃ gutte sanguinis decurrentis in terrã. Ibi etiã videt lapis sup quẽ angelus stãs cõfortabat eũ. Inde descendentes quantũ iactus est lapidis. venimus ad locum vbi ypus Petrũ Jacobũ et Johannem reliquit. dicens eis sedete hic donec vadam illuc et orem.

Inde ascendimus denuo in locũ illum vbi sanctus Thomas apostolus fertur cingulũ virginis gloriose accepisse dũ ipa assumeret in celũ

Inde procedentes intrauimus ortũ in locũ vbi yps fuit captus. et vbi Petrus abscidit Malcho auriculam.

Ibi prope ostenditur locus signatus lapidibus vbi judas osculo ypm tradidit jũdeis. vbi et judei ipi resupini cadebant. cristo eos interrogãte et dicente. quem queritis.

Adhuc amplius ascendentes in eũ peuenimus locũ. vnde ypus videns ciuitatem Jerusalem in die palmarum fleuit super illam dicens. Si cognouisses et tu ꝛc.

Inde altius scandentes illo previmus. vbi angelus dñi palmã dicitur virgini gloriose detulisse. atq; die mortis eius sibi pnũciasse ꝛc.

Vnde paululum progressi inter ascendendū venimūs in collem quendam cui nomen est galilea. Et est locus ille de quo angelus xpi annūcians resurrectionē. dixit discipulis pcedet vos in galileā ibi eū videbitis sicut pdixit vobis. nam et ante passionē suā xpus eis promiserat dicens. postq̄ autē resurrexero pcedam vos in galileā. id est locū iam memoratū. nō regionē galilee que longe distat a loco isto.

¶ Tandem in cacumen montis venimus. vbi est ecclesia quedā in eo fabricata loco vnde xpus videntibus discipulis eleuatus est in celum et nubes suscepit eū ab oculis eorū. In eadē ecclesia prope ingressum est lapis qūidā sup quē xpus stans ascendit in celum. in quo adhuc pedū eius relicta vestigia cernūtur. et pertim pedis dextri. Distat aūt locus ascensionis xpi ab Jerusalem leucis cōmunibus tribus. et illic prope locus est vnde mare mortuū pspici potest. vbi quondā ciuitates quinq̄ videlicet Sodoma et Gomorra et alie stabāt. cū adiacente prouincia. postmodū in vltionē peccati cōtra naturā submerse. Distat vero ipm mare mortuū ab isto loco miliaribus septem. et tamen vix ad dimidiū distare videtur.

¶ De locis in descensu montis Oliueti.

Igitur per aliā viā descendentes de monte oliueti. Primum in quādā venimꝰ ecclesiā. vbi sancta Pelagia requiescit. vbi etiā dū viueret rigidissimā penitentiā et arduissimā exegit.

Inde paulo post venimus in villā Bethphage vnde xpus misit duos discipulos Jerosolimā die ipsa palmarū dicens eis. Ite in castellum qꝰ contra vos est. et statim inuenietis asinā alligatam ꝛc.

¶ Inde haud procul venimus in ecclesiā sancti Marci euangeliste. quo in loco apostoli post xpi ascensionē symbolum fidei cōdiderūt. singuli singulos articulos spiritu haud dubiū dictante diuino depromentes.

¶ Inde iterū non longe est alia quedā desolata ecclesia in eo loco quondam cōstrūcta. vbi xpus discipulis suis modū orandi tradidit dicens. Cum oratis ita dicite. Pater noster qui es in celis ꝛc.

¶ Inde paululum descendentes ad lapidem quendā venimus. sup quo virgo gloriosa maria solita erat quiescere. quando loca ista sacra frequenter pagrans atq̄ deuotissime visitans sepius fatigabatur.

¶ Postmodū ad ecclesiā sancti Jacobi minoris primi Jerosolimorꝝ epi descendimus. In eo loco xpūs post suā resurrectionē eidem apostolo apparuit. in quo etiā loco post mortem suam sepultus fuit. licet postea inde fuerit translatus. Nam judei ipm ostendentē xpm esse filiū dei. de pinnaculo templi pcipitauerūt. et cū adhuc constanter xpm pdicaret. quidam cū partica fullonis cerebrū eius excussit.

¶ Inde non longe sepulcrū extat zacharie prophete. vnde profecti in locum venimus vbi quondā erat villa Gethsemani.

¶ De locis in valle sub monte Oliueti.